



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi
Archiepiscopi Pragensis**

Balbín, Bohuslav

Pragæ, 1664

Notæ in Caput V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42763

C.V. ARN. AD CLEMENTEM VI. LEGATIO. 117
sapientiae apud Clerum & populum collegisse gloriam, ut ab o-
mnibus sanctus Bohemia Archiepiscopus appellaretur; quam glori-
am non de nihilo natam, ea quæ libro postremo adferentur, ostendit.
Sed mors Ioannis Regis ut in Carolum Principem jura Re-
gnorum omnium transtulit, sic Arnesto, omnium Caroli consilio-
rum arbitrium, & summum in Aula Cæsaris gratiæ & dignitatis
gradum comparavit.

Notæ in Caput V.

URbem Romanam occuparet. *De hac Romæ occupatione præter alios veteres novosq; scriptores, agit Petrus de Zittavia Abbas Aulæ Regiæ ad Pragam, qui temporibus ipsius vivebat, & que gerebantur videbat, in Chronico Aulæ Regiæ C. 20. Idem C. 19. recitat Epistolam Civium Romanorum ad Pontificem Joannem, quâ missis legatis Pontificem obsecrant, ut ad veterem Pontificum sedem Romanam revertatur. Sed hac omnia longè antè evenerunt (ante annum videlicet 1334.) eoque sunt referenda; ne quis à me Chronologie vim inferri queratur.*

Nicolaum V. appellavit. *In hunc Antipapam ex Ordine Minorum, lepidissimos & ad illius facili Genium appositos versus scripsit idem Petrus de Zittavia Abbas Aulæregiensis, quos historicæ suæ inseruit.*

Idem Abbas Bullam ipsam Joannis XXII. recitat, quâ Ludovicum Imperatorem excommunicat, causasq; facti sui plurimas, & sanctissimas ad fert.

Legationis Princeps Arnestus noster. In Arnesto Legationis Princepe convenienti Historici, sed in ejus comitibus dissentunt: Hagecius, ut modo narravi, Nicolaum Dūcem Oppavensem, & Nobilitatem, & Proceros Bohemos Arnesto comites ad-didit; at Nicolao & Nobilitate præteritâ, Joannem de Pistorio, Ni-

P 3 colauim

Româ à Ludovico Bavarro capitul.

c. 22. sui Christi

nisi.

Tome 1. Epist.
l. 3. ep. Cur.
20.

colam de Lucemburgo Præpositum Sacensem Pragensem Decanum, Geraldum de Magnaco, Ademarum de Pictavia Equitem, auratum cum Ernesto Legationis Principe missos ad se ipse Clemens in Epistolis nominavit; nimirum isti Legatorum personam gerebant, Nicolaus & Nobilitas ad ornandam Legationem mittebantur. Placuisse Pontifici Legatos, quæ consecuta sunt, ostenderunt: nam & iustus Rex & legitimus à Pontifice publicè appellatus est Carolus, & Raynaldus T... amplissimis venbis laudatus, confirmata eidem Regis Romanorum dignitas, redditæ legatis amantissimæ ad Carolum Pontificis literæ, quas recitat Raynaldus, in quibus argumentum Orationis ejus, quam Arnestus in solenni Cardinalium consensu maximâ omnis generis & conditionis hominum coronâ circumstante habuit, continetur.

26. Augusti
dies Bohem.
inausta.

S. Rufi die. Notat Aeneas Sylvius C. 23. hifst. Boh. & Dubrav. L. 21. hifst. Bohem. Ottogarum Bohemiae Regem hoc ipso die vixit perisse. Idem dies fatalis postea fuit Ludovico Hungariae, & Bohemiae Regi. Dubrav. L. 33.

Felices aliquos esse dies, alios infelices plurimis exemplis conatur ostendere Michaël Piccartus in historico-politicis Decade V. C. 6. Antiqua exempla adducit Plutarchus in Camillo, & in Alexandro, agens de tribus ad Philippum allatis eodem die faustis nuncis. Ausi etiam sunt quidam horas felices, quibus urbes condendasint, &c. nominare, ut de Seleucia narrat Appianus in Syriacis; tractat ejusmodi Parerga Historiarum Gregorius Richter in Axiomaticis economicis latissimè. Vide Lipsium in L. 15. Annalium, Taciti. N. 74. Mirus, inquit, ille dierum concursus, & convenientia ab Arcanis Providentiae caussis. Mihi non vacat hac mysteria discutere.

Arne-

